



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||  
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ  
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Antverpiae, 1584**

De Spe fidelium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

## Tertulliani Argumentum

III 12

*Gen. 3.*

decesserint? Non in Adam noua mors pro Deo, extraordinaria pro Christo, alio & priuato excipitur hospitio? Agnosce itaque differentiam ethnici & fidelis in morte. Si pro Deo occumbas, &c. non in mollibus febris & in letulis, sed in martyriis; si crucem tuam tollas, & sequaris Dominum, vt ipse praecepit; tota paradisi clavis tuus sanguis est. Habes etiam DE PARADISO à nobis LIBELLVM, quo constituimus omnem animam apud infemos sequestrari in diem Domini.

Hactenus Auctor, sed saniori modo intelligendus, ut adnotauimus ad dictum locum num. 606. 610. Et Etsi & ad lib. 4. aduers. Marc. cap. 34. num. 551. latius denique in Prolegomenis inter Paradoxa, ubi ad omnia ipsius argumenta respondemus. Hoc hic adnotandum, Autorem librum suic conscripsisse, non modo de Paradiso terrestri, in quo Adam fuit conditus, & quod Enoch & Helias translati feruntur, sed etiam & magis ex proposito de Paradiſo spirituali, quo Apostolus Paulus rapsus legitur 2. Cor. 12. quamquam in hoc ab aliis Patribus dissentiat, quod illi celestem nuncupent illum Paradisum, & nominant B. Ambros. in dicti loci Commentario, Auctor vero illum non distinguit a sinu Abraham, quem sublimiore tamen inferis confitetur. verum etiam de hoc in Prolegomenis inter Paradoxa. Terrestrem vero Paradisum disertis verbis, de Adam loquens, agnoscit Tom. 1. lib. aduers. Iud. cap. 2. Tom. 2. lib. de Paientia cap. 5. & Tom. 3. lib. de Resurr. carnis cap. 26. & lib. 2. aduers. Marc. cap. 2. & 10. Rursum I. aduers. Valent. cap. 20. ubi Proloemium Valentini, irridens, quod Paradisum Archangelum quartum sonniaret, sic vocatur: Quoniam & hunc supra tertium ccelum pungunt, ex cuius virtute sumperferit Adam, deuertus illic inter nubeculas & arbusculas. Satis meminerat Proloemius puerilium dicibulorum; in mari poma nasci, & in arbore pisces, sic & in coelestibus nuceta praefuerit. Operatur Demiurus ignorans, & idē fortassis non scit arbores in sola terra institui oportere. Omnia autem aperi-

si è hoc ipso Tomo, Carm. lib. de Indicio Domini, cap. 8. & Gen. cap. 2. ac 3. Eundem agnouerat iam ante etiam B. Irenaeus lib. 2. aduers. her. cap. 55. & apertius lib. 5. cap. 5. ubi ait dixisse Presbyteros Apostolorum discipulos Enoch & Heliam translatos esse in Paradisum, ubi primus homo positus fuit, de quo scriptura (nempe Gen. 2.) Et plantauit Deus Paradisum in Eden contra Orientem, & posuit ibi hominem. Conseruit etiam B. Iustini Mart. Apol. 1. ubi Homerum scribit, ad Paradisum imitationem a Moyse descripsit, confinxisse Alcinor hortum; Theophilus item lib. 2. ad Auct. & Novatianus lib. de Trinitate infra Tom. 5. & Lactant. Carm. de Phœnix, ad dicta verba scripture diludentes, Paradisum in oriente constitutum referunt. Denique Epiphanius Anacara & aduers. Origenem, ac Epiph. ad Iacob. Epiph. Hieros. à B. Hieron. in Latinum translata, latissime ex scriptura Gen. 2. ac 3. disputat contra Origenem, Paradisum deterrone ad coelestia transferentes; id ipsum probans ex illis (quorum aquam se bibisse scribit) Iuaninibus, ex paradyso profuentibus; & suscipientes, apud Apoll. 2. Cor. 12. aliud esse celum tertium, aliud paradisum. Eundem hæresin (scuti etiam supra adnotauimus dicto loco adu. Valent. num. 246.) adtribuit B. August. lib. de hæres. Seleucianis, & Hermianis. Quorum omnium delicta iubet conticescere etiam B. Hieron. Comment. in Danielen alibi. Porro ubi sit Paradisus, variis diversorum sententias hic recensere superfluum exigitur, quod scribat B. August. lib. 2. contra Pelag. & Cœlest. cap. 23. hoc ad questiones, qua sunt prater fidem, pertinent.

## Q. SEPTIMII FLOREN- TIS TERTULLIANI DE SPE FIDELIVM

LIBRI ARGUMENTVM, EX LIB. 3. ADV.

Marc. cap. vlt. & B. Hieron. in cap.

36. Ezechiel. & alibi; ac  
Gennadio.

*Isa. 43.*

**D**e restitutione Iudææ (inquit Tertullianus) quam & ipsi Iudæi, ita ut describatur, sperant, locorum & regionum nominibus induiti; quomodo allegorica interpretatio, in Christum & in Ecclesiam, & habitum & fructum eius, competit; & longum est persequi, & in alio Operc digestum, quod inscribimus DE SPE FIDELIVM; & in praesenti vel eò ociosum, quia non de terrena, sed de coelesti promissione sit quaestio. Nam & confitemur in terra nobis regnum, re promissum; sed ante cœlum, sed alio statu; vt potè post resurrectionem in mille annos, in ciuitate diuini operis Hierusalem cœlo delata; quam & Apostolus matrem nostram Gal. 4. Iurum designat; & non nostra, non cum, id est, municipatum, in cœlo esse pronuntians, Philipp. 3. Ezech. 48. alicui, vtique coelesti, ciuitati eum deputat. Hanc & Ezechiel nouit, & Apostolus Ioan- Apoc. 21. nes vidit.

Neque

Necque enim (*inquit B. Hieron.*) iuxta Iudaicas fabulas, quas illi *dauidicas* appellant, gemmatam & auream de celo exspectamus Hierusalem, nec rursum passuri circumcisio-  
nis iniuriam, nec oblaturi taurorum & arietum victimas, nec sabbati otio dormiemus. *Apoc. 21.*  
Quod & multi nostrorum, & praecepit Tertullianus Liber, qui inscribitur DE SPE FI-  
DELIVM, & Lactantij Institutionum volumen septimum pollicetur, & Victorini Picta-  
bionensis Episcopi crebræ expositiones, & nuper Seuerus noster in Dialogo, cui Gallo  
nomen imposuit. Et ut Græcos nominem, & primum extremumque cōiungam, Irenæus  
& Apollinaris.

Necignoro (*inquit idem Prefat. lib. 18. in Isaiam, ad eundem librum addudens*) quanta inter homines sententiarum diuersitas sit, &c. de repromotionibus futurorum, & qua ratio-  
ne intelligenda sit Apocalypsis Iohannis; quam si iuxta literam accipimus, Iudaizan-  
dum est; si spiritualiter vt scripta est differimus, multorum Veteri debimur opinioni-  
bus contraire; Latinorum, TERTULLIANI, Victorini, Lactantij, Græcorum, vt cete-  
ros prætermittam, Irenæi tatum Lugdunensis Episcopi faciam mentionem aduersum quem  
vir eloquentissimus Dionysius Alexandrinus Ecclesiæ Pontifex elegatè scribit Librum,  
irridens mille annorum fabulam, & auream atque gemmatam in terris Hierusalem, in-  
staurationem templi, hostiarum sanguinem, otium Sabbati, circumcisionis ipsuiriæ; nu-  
ptias, partus, liberorum Educatioñem, epularum delicias, & cunctarum gentium serui-  
tutem; rursusque bella, exercitus, ac triumphos, & superatorum neces, mortemque cen-  
tenarij peccatoris. Cui duobus voluminibus respondit Apollinaris.

Papias (*inquit idem Catal. Script. Eccl. dicitur mille annorum Iudeicam adisse deu-  
tēpsū, quem secuti sunt Irenæus & Apollinaris & ceteri, qui post resurrectionem  
auunt in carne in sanctis Dominum regnatum. TERTULLIANVS quoque in LIBRO  
DE SPE FIDELIVM, & Victorinus Pictabionensis, & Lactantius hac opinione ducuntur.*

In diuinis (*inquit Gennadii lib. de dogmat. Eccl. inter opera B. Augustini, ad eundem librum ad-  
ludens*) repromotionibus nihil terrenum vel transitorium exspectamus; sicut Melitani  
sperant. Non nuptiarum copulam; sicut Cerinthius & Marcus delirant. Non quod ad ci-  
bum vel ad potum pertinet; sicut Papia Auctori, Irenæus, & TERTULLIANVS, & La-  
ctantius adquiescent. Neque per mille annos post resurrectionem regnum Christi in  
terra futurum, & sanctos cum illo in deliciis regnatos speramus, sicut Nepos docuit,  
qui primam iustorum resurrectionem, & secundam impiorum confinxit.

Hæc tenui plura testimonia de arguento LIBRI  
DE SPE FIDELIVM, quorum possumus ea po-  
tissimum de causa adiecimus, quod prius Auctori sua  
Paradoxa attribuat, que B. Hieron. prima facie omni-  
bus in genere videtur impingere; quamquam interim ipse  
opiniones appeleret, non heres aut errores, reverentia  
gratia; in quo illum etiam imitatus est Gennadius. Ve-  
rius de aliorum sententijs (ne hic prolixiores simus) uti  
de refforsione ad omnia Tertulliani que ex scripturis loco  
hoc citat argumenta, videat Lettor nostra Prolegomena  
inter Paradoxa. Hic dumtaxat dicimus, videri nobis sen-  
tentiam Tertulliani esse minorem reliquis, nempe eam de  
qua scribit B. Augst. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 7. Hac  
opinio effet utriusque tolerabilis, si aliqua delicia spiri-  
tuales, in illi Sabato scilicet mille annorum, ad future  
sanctis per Domini presentiam credentur. Nam etiam  
nos (inquit ille) hoc aliquando sumus opinati. Vsq[ue]a-  
deo ut potius Tertulliano competit id quod Gennadius  
Melitanis tribuit, quod terrenum regnum Christi  
sperauerit, & descripsit Libro DE SPE FIDE-  
LIVM; quam quod illi impingit de cibo & potu; quo  
factum fortasse, ut praeterea Melitane commendet Aucto-  
ris libris illis pro Montano scriptis, quorum fragmenta  
sequuntur, iuxta quod ibi ex B. Hieron. citabitur; ut potè

quum etiam Montanus fuisse hoc parabolicon ipse his verbis  
dicto loco significet: Hanc, &c. & qui apud fidem  
nostram Et noua Prophetæ sermo testatur, vt  
etiam effigiem ciuitatis, ante representationem  
eius, confectu futuram in signum prædicari.  
Verba Auctoris, quibus quod dixi, confirmatur, sunt  
imprimis illa supracitata: de restitutione Iudeæ, quo-  
modo allegorica interpretatione in Christum &  
Ecclesiam, & habitum & fructum eius compe-  
rat; & longum est persequi, &c. si enim allegorica,  
ergo non literalis, & prouide perperam illi impingeret  
quod in Cerinthum magis competit & Dimicras  
iuxta Epiph. in instauracionem tec. pli. beatarum jan-  
guinem, atum Sabbati, & circumcisionis iniuriam. Eo  
tempore quod paulo post eodem loco subiungit: Hanc  
(nempe Hierusalem ciuitatem celo delatam) dicimus,  
excipiendis resurrectione sanctis, & refouendis  
omnium bonorum, vtique spiritualium, copia; in  
compensationem eorum quæ in seculo vel despe-  
ximus vel amissimus, à Deo prospectam. Nam si  
spiritualium bonorum copia, ergo non temporalium,  
quam alijs sonniant. In hoc interim cū alijs ille consenit  
(quamquam etiam erronee) quod cōfiteatur, in terra qui-  
dem regnum nobis reprobissimum, sed ante colum.